Carolus Borromeus Aresius, Aronę Comes, eiusq; Arcis Dominus, nec non aurei Velleris Æques, ex Hyspaniarum Magnatibus Secretioris Consilij prò Sua Cesarea Catholica Maiestate In Statu Mediolani Consiliarius, Prorex, Locumthenens, & Capitaneus Generalis in hoc Regno Neap.

Illustribus Spectabilibus magnificis, Nobilibusque Viris huius Regni, Prothonotario, magno Camerario, Magistro Iustitiario, eorumque Locumthenentibus, Deputatis, et Deputandis in sacro Regio Consilio, Presidentibus, et Rationalibus Regie Camere Summarie, Regenti, et Iudicibus Magne Curie Vicarie, scribe portionum, Thesaurario Generali, seù to officium Regenti, Aduocatis quòque, et Procuratoribus Fiscalibus, cæterisque demum Vniuersis, et singulis Officialibus, et subditis Regijs mayoribus, et minoribus quòcumque nomine nuncupatis, titulo, officio, authoritate, et potestate fungentibus vñtibus, et futuris, ad quos, seù quem ptes peruenerint, spectabunt, uel fuerint quomodolibet ptate Regijs fidelibus dilectis, Gratiam Regiam, et bonam uoluntatem; Nuper prò parte Spectabilis D.ni Ioannis Baptiste Rauasquiero Regij Fidelis dilecti fuit nobis ptatum infrascriptum Regium originale Priuilegium Sacre Regie Catholice, et Cesaree Maiestatis, omni quà decet sollemnitate roallatum, et roboratum tenoris sequentis Nos Carolus Sextus, Diuina fauente Clem.a Electus Romanorum Imperator Semper Augustus, et Rex Germanie, Castellæ, Aragonum Legionis utriusque Sicilie, Hyerusalem, Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie, Rauarie, Granate, Toleti, Valentie, Galletie, Maioricarum, Hispalis, Sardinie, Cordubæ, Corsicæ, Murtie, Siennis Algarbij, Algeziræ, Gibraltaris, Insularum Canarie, nec non Indiarum Orientalium, et Occidentalium Insularum ac Terre firme maris Occeani, Archidux Austrie Dux Burgundie, Brabantis, Mediolani, Athenarum, et Neopatrie, Comes Habspurgh, Flandrie, Tirolis Barcinonæ, Rossilionis, et Ceritanie, Marchio Oristani, et Comes Goceani. Egregio Magnifico fideli nobis dilecto Doctori D.no Ioanni Baptiste Rauasquiero, gratiam nostram Cesaream, et Regiam, ac bonam uoluntatem; Ad celsissimum Regentis nostri Supremi Italie Consilij gradum, et dignitatem eos tantummodo præstantissimos Viros promouere debemus, qui ceù luminaria quædam maiora inter minora Sidera explendescere et radiare uideantur, Grauitas enim huius muneris haùd dignè à quoquam subtineri potest, nisi quem incorrupta fides, prudentia, Iustitia, uno uerbo, uirtus suis omnib.

numeris absoluta commendet. Cum igitur inte non solum has recomendabiles dotes, et tuum clarum sanguinem ex nobili Comitum Lauanie prosapia Ortum, uerum etiam quammultas alias mirabiles, et insignes tui proprias, et peculiares nimirum grauitatem doctrinam, fidem, præstantemque in Diadematis nostri tuenda, atque amplificanda gloria curam, et prouidentiam, ac etiam eximiam iuris inteligentiam, summamque quandam, ac proè singularem prudentiam, magno et assiduo tractandæ Reipublicæ usù comparatam nec non laborem in negotijs industriam in agendo celeritatem in conficiendo, Consilium in prouidendo, Speculator meritorum noster sensus inspexerit eò, uel maximè siuè considerem⁹ te curam agentem in Prouincia Terre Bari, nostri Regni Neapolitani, nè pestilentia quæ anno millesimo Sexcentesimo nonagesimo excidium minabatur grassaretur, quod õi labori, et industria proprie etiam periclitationi non parcens, magno omnium Commodo fuisti assecutus, Siuè in moderandis pluribus Regni Prouincijs Auditoris, et nostri Aduocati Fiscalis Caractere decoratum, Siuè celsum munus nostri Regij Consiliarij in Supremo eiusdem Regni Sanctæ Claræ Consilio diù exercentem, in quò præter magnam propij muneris negotiorum molem tuæ fidei, ac probatæ aptitudini nonnulla fuere semper commissa quę summam exigebant, atque consumatam Regni materie peritiam; Quarum quidem admirabilium qualitatum, cum intimus ayud nos prò rebus Italicis Consiliarius esse meueris in hac nostra Imperiali Ciuitate, ubi nostro precedente iussù moraris, et ubi præter Labores, et assiduas lugubrationes in Italicis rebus Consulendis, noua, ac maiora quotidiè tuę Fidei, et integritatis documenta præbes, adeò ut omnem desiderij nostri expectat.nem cumulatissimè expleueris; proindè, ut tot meritorum cumulus, aliquo saltem nostræ gratitudinis signo decoratus resplendeat, et ut amplitudine, et decore quò decet possis hic cæteres nos permanere tibi non solum gradum, et honorem Regentis dicti Supremi nostræ Italie Consilij cum qualitatibus, ac informa infrapta concedere, et elargiri, uerum etiam Regentem Cancellarie, et Collateralis Consilij Consiliarium in nostro Neapolitano Regno modò quò infrà te creare decreuimus. Tenorè igitur ptium ex certa scientia, Regiaq., ac Ducali

authoritate nostra deliberatè, et Consultò, ac ex gratia speciali tibi præfato Doctori Don Ioanni Baptistæ Rauasquiero, gradum, prænarratum Regentis Supremi nostri Italiæ Consilij simul cum onoribus, prærogatiuis, potestatibus, iurisdictione, authoritate, præeminentijs, dignitatibus, gratijs, priuilegijs, nec non annua prouisione, seù salario ordinario, emolumentis, lucris, iuribus, exemptionibus, ac alijs ad relatum munus, tam de iure, quam de Consuetudine iustè, et debitè pertinentibus, et quibus Regentes Supremi Italici Consilij regnantibus gloriosissimis Predecessoribus nostris fruebantur, ac uti, frui, et gaudere solebant, et debebãt fruuntur, et gaudent, damus, donamus, Concedimus, et elargimur, teque supremi nostri Italicæ Consilij Regentem, facimus, constituimus, et nominamus, facientes prætera te creantes, et constituentes illicò ex nunc Cancellariæ Regentem, et Consilij Collateralis Consiliarium nostri Citerioris Siciliæ Regni Supernumerarium, teque cætui, et consortio aliorum Regentium Cancellariam, et Collateralium Consiliorum unimus, annectimus, et aggregamus, cum facultate Capiendi per Procuratorem | Stante absentia | huius muneris possessionem, atque iuramentum per eundem præstandi, et cum qualitate quod cum prima defecerit qualiscumque ordinaria eiusdem muneris sedes, siuè hispanica, siuè Italica in dicto Rº Collj Consilio, tibique subingrediendi Locus per uacationem præcedictam in ordinariam Sedem factus fuerit, possis, et ualeas ipso facto, ipsoque iure absque nouo nostro, aut beneplacito, aut permissu | quod ex nunc in amplæ formæ tibi impartimur | in qualecumque ordinariam sedem, siuè Locum subingredi; Remanso tunc etiam, ipso que facto et iure, suppreso hoc Supranumerario munere, quod nunc nostra annuente Clementia in tuorum meritorum gratiam de nouo erigimus, et erigi mandamus, et cum per nos tibi Licitum fuerit post tot, tanta-que pericula Neapolim redire, ut propria in Patria pacatiori animo nobis inseruire, et ex tuis Laboribus dulciores fructus colligere possis, præcipimus, et mandamus, ut siuè tunc exercueris Supranumerarium, siuè Ordinarium Regentis Cancellariæ, et nostri Consilij Collateralis Consiliarij munus, possis Semper-

Semperque tibi debeatur eadem annua prouisio, seù idem ordinarium Salarium Emolumenta, Lucra, iura, exemptiones, et alia qualiacumque quibus Regentes siuè Consiliarij nostri Supremi Italici Consilij fruuntur, ac uti, frui, et gaudere solent, et debent, et quibus ob eundem Regentis, siuè Consiliarij Supremi nostri Italici Consilij gradum, et honorem tibi collatum frui, uti, ac gaudere te uolumus, et iubemus; Mandantes idèo illustri nostro Neapolitani Regni prò Regi, ut nulla interposita mora, seù obstaculo det ordines opportunos Scriuaniæ Rationum, Tribunali Regiæ Cameræ Summariæ, et cuicumque ad quem spectat, ut faciant scribere, uulgò assentare, et inscribant dictam annuam prouisionem, seù salarium ordinarium modò, et forma quà ut supra; et Delegato præsenti seù futuro annuorum salariorum Regentium, et Consiliariorum nostri supremi Italici Consilij, quod tibi respondeant, et transmittant idem annuum salarium, eodem modo, et forma et cum ijsdem Emolumentis, quibus prædicta salaria annua eisdem nostris Regentibus, siuè Consiliarijs in Ciuitatem Barcinonensem remittit; Illustribus propterea Spectabilibus, nobilibus, magnificis dilectis Consiliarijs, ac fidelibus nostris Proregi, Locumthenenti, et Capitaneo Generali, nostro, Magno Camerario Prothonotario, Magistro Justitiario, eorumque locumthenentibus, Sacro nostro Consilio Castri Capuanæ, Præsidentibus, et Rationalibus Cameræ nostræ Summariæ, Regenti, et Judicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, Scribæ Portionum, Thesaurario Generali, seù id Officium Regenti, Aduocatis quoq; et Procuratoribus fiscalibus, Cæterisque demum Vniuersis, et Singulis Officialibus, et Subditis nostris maioribus, et minoribus, quocumque nomine nuncupatis, titulo, Officio, authoritate, et potestate fungentibus tam præsentibus quam futuris in eodem Regno Constitutis, et Constituendis, dicimus, præcipimus et jubemus, ut te prædictum Doctorem Ioannem Baptistam Rauaschiero

prò

prò Regente Supremi nostri Italicæ Consilij, nec non prò Regente Cancellaria et Collaterale Consilium Supernumerarium habeant, teneant, reputent, honorificent, atque tractent, ac etiam Salario, ac emolumentis prædictis quibus uidelicet Regentes Supremi Italici Consilij sub prædecessoribus nostris fruebantur tibi integrè respondeant, et faciant, per quos deceat plenariè responderi, nostramque huiusmodi gratiam, et concessionem, omniaque, et singula suprà expressa ad unguem, et inuiolabiliter obseruent, et obseruari faciant per quoscumque. Contrarium nullatenus tentaturi si gratiam nostrã charam habent, et præter iræ, et indignationis nostræ incursum, pœnam mille ducatorum auri cupiunt euitare: In cuius rei testimonium præsentes fieri iussimus, magno nostro negotiorum præfati Citerioris Siciliæ Regni Sigillo impendenti munitas; Datum Viennæ Austriæ die decima nona mensis Nouembris, anni millesimi septingentesimi duodecimi: Yo EL REY. Sacra Cæsarea, et Catholica Maiestas mandauit mihi Dn Joanni Antonio Romeo et Anderaz. V. M. C. conde al Consejero D. Iuan Baptista Rauasquiero el Grado, y Goze de Regte del Supremo Conss de Italia, y Plaza supernumeraria en el Colateral de Nap con la subintration en la primera, que uacare del numero = Adest Sigillum pendens = Supplicatum propterea nobis extitit prò parte dicti Spectabilis D. Joannis Baptæ Rauaschiero, quatenus de præinserto Priuilegio, Regias exequatoriales Literas expediri facere benigniùs dignaremur; Nos itaque uolentes, ut tenemur Regijs obedire mandatis, Tenore præsentium præcipimus, et mandamus omnibus suprædictis Officialibus, Tribunalibus, et Subditis Regijs, eorumque cuilibet insolidum, quocumque Officio, authoritate, et potestate fungentibus, quatenùs attenctâ per eos forma, et tenore dicti præinserti Regij Priuilegij, illam, et illum prædicto Spectabili Dn Joanni Baptæ Rauaschiero ad unguem, et inuiolabiliter obseruent, et exequantur, ac exequi, et obseruari faciant, per quos

decet iuxta ipsius seriem, continentiam, et tenorem, omni dubio, et difficultate cessantib. Contrarium nullatenus tentaturi ratione aliqua siuè Causa prò quanto gratiam prædictæ Maiestatis charam hent, pœnamque in dicto Rio Priuilegio appositam cupiunt euitare. In quorum fidem has præsentes Regias exequatoriales Literas fieri fecimus, magno prefatæ Maiestatis sigillo pendenti munitas. Datæ Neapoli in Rio Palatio die 5 Xbris Anno Domini 1712. Conde Cattaneo

Vt Argento K.s

Vt Gaeta

Vt Maggiano R

Conde de Donnersberg

mandauit Mihi

Juan Ardia Sec.o

In Priuil.gio 12. fol. 66.

Rio

Lanzetta Segretario Cancellie

Regia Cancellaria

Exequatoria di Real Priuilegio per il quale S.M. Cattolica, e Cesarea Dis.a, Concede al Regio Consigliero Dn Gio: Batta Rauaschiero il grado, che gode di Reggente del Supremo Consiglio d'Italia, e Piazza supranumeraria del Rio Coll.le Cons.o di Stato Regno con la subentrata nella p.ma che uacarà

In detta Rio Cancia